UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 85. Canonisatio fratris Joannis de Gandavo a Rege sollicitata

urn:nbn:de:hbz:466:1-66444

Visual Library

impediebat, excuſare nitebatur, cauſſatus, hanc omnino tredecim annis, & aliquot menſibus ipſo ætate majorem fuiſſe. Hæc fuere monita, quæ Ludovicus XI. Delphino ſuo filio tradidit. Secul. XV. A.C. 1482.

§. LXXXV.

Canoniſatio fratris Joannis de Gandavo a Rege ſollicitata.

Ludovicus XI. inter cetera externæ Religionis ſigna impenſius colebat pluſ rimas Sanctorum Reliquias, quæ ei ex variis regionibus ad recuperandam ſanitatem ſubmittebantur; has enim continuo ſecum deferens, frequenti oſculo venerabatur, atque in illis omnem religionis ſuæ vim collocabat: Cum autem pius quidam Eremicola ad S. Claudium nomine Frater Joannes de Gandavo Trecis quidem ſepultus eſſet, quo tamen loco ignoraretur, Ludovicus in ejusdem reliquias inquiri, easque in conventu FF. Prædicatorum dictæ urbis inventas, ex primo ſepulchro efferri, atque publicæ fidelium venerationi exponi juſſit, nec his contentus, datis etiam Romam literis ejusdem Canoniſationem a Sixto IV. ſummo Pontifice efflagitavit. Tres omnino epiſtolæ a Rege hanc in rem ad Trecenſes Dominicanos datæ in nupera

Camuſat. Miſcel. hiſtorica pag. 524 & ſeq.

Comm. ult. edit. tom. V. p. 368. & ſeq.

Sæcul. XV.
A.C. 1482.

Comminæi editione recenſentur, earum que prima die decima tertia Octob hoc anno, altera tertia Decembris, ter tia denique die decima octava Julii ann ſequenti ſcripta eſt: cum vero Rom Canoniſationis acta inſtruerentur, inte rea Rex e vivis exceſſit, totumque nego tium ſuſpenſum hæſit.

§. LXXXVI.

S. Bonaventura in cenſum Sanctorum relatus.

Baillet. vit. Sanct. tom. 2. in fol. 224. Bullar. tom. 1. Sixt. IV. Conſt. 21.

Sixtus IV. dimiſſa hac Canoniſatione Sanctum Bonaventuram Cardinalem Albani Epiſcopum, & Ordinis S. Fran ciſci Miniſtrum generalem in Sanctorum catalogum ritu ſolemni retulit. Hic in Etruria Balneoregii exiguo ditionis Pon tificiæ oppido honeſtis, probisque pa rentibus Joanne Fidanza, & Ritella na tus, Anno Domini milleſimo ducenteſi mo vigeſimo primo mundum ingreſſus eſt; ac in ſacro fonte juxta Patris ſui no men Joannes vocabatur. Quartum æta tis ſuæ annum vix attigerat, cum jam jam gravi admodum morbo correptus de vita periclitaretur; hinc ejus Mater de Filii ſui ſalute plurimum anxia, ad fi lius Dei opem confugerat, ac S. Franci ci, qui tum adhuc in vivis agebat, ſuffra gium precesque devote implorabat, & fi lium